Benedictus Papa Decimuſquartus. Venerabilis Frater; ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quantum interſit, ut ea, quæ á Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro Eccleſiaſtica diſciplina integerrimè conſervanda providè ſancita debitæ executioni demandentur, probè docti, fraternitatem tuam hortamur, ut Apoſtolicas in ſimili forma Brevis Litteras ad dilectum filium noſtrum Silvium S. R. E. Presbyterum Cardinalem Valenti Gonzaga nuncupatum, dum Niceæ Archiepiſcopus Ordinarij huius Sanctæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuncij, cui fraternitas tua ſucceſsit, munus obibat, à fœlicis recordationis Clemente Papa XII. Prædeceſſore noſtro datas, & Edicto quemadmodum in eiſdem Litteris præſcribebatur inſerendas, promulgandaſque, nec uſque ad hanc diem in lucem editas tuo in præſentia Edicto una cum hiſce noſtris inſertas proponas, atque palam facias; thenor autem earumdem Litterarum, eſt, qui ſequitur. — Venerabili Fratri Silvio, Archiepiſcopo Niceno, Ordinario noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpanijs Nuncio. Clemens Papa Duodecimus. Venerabilis Frater; ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quanto cum Pontificiæ providentiæ conſilio, & propenſæ erga fraternitatem tuam ob eximias, quibus maximopere commendaris virtutes voluntatis noſtræ ſtudio te Ordinarium noſtrum, atque Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis, cæteriſque chariſsimi in Chriſto Filij noſtri Philippi earumdem Hiſpaniarum Regis Catholici Dictionibus Nuncium deſtinavimus, tanta cum Apoſtolica benignitate, ac fiducia te in rerum inter eamdem Sanctam Sedem,

Benedicto Papa XIV. Enterados de quanta importancia ſea, que ſe lleven à debida execucion aquellas coſas, que diligentemente eſtablecieron los Romanos Pontifices nueſtros Predeceſſores, para conſervar ſin decadencia la diſciplina Ecleſiaſtica, y de que no han tenido execucion las Letras Apoſtolicas, que diò en ſemejante forma de Breve el Papa Clemente XII. de felìz recordacion, nueſtro Predeceſſor, à nueſtro amado hijo Silvio, Presbytero Cardenal de la Santa Igleſia de Roma, llamado Valenti Gonzaga, ſiendo Arzobiſpo de Nicèa, y hallandoſe exerciendo el empleo de Nuncio Ordinario de eſta Santa Silla en los Reynos de Eſpaña, en cuyo encargo le ſuccediſteis, las quales Letras ſe avian de inſertar, y promulgar por ſu Edicto, ſegun ſe prevenia en ellas miſmas: os exortamos las manifeſteis, y publiqueis aora, inſertandolas juntamente con eſtas nueſtras en un Edicto vueſtro; y el tenor de las citadas antecedentemente, es el que ſe ſigue. — Al Venerable Hermano Silvio, Arzobiſpo de Nicèa, Nuncio Ordinario nueſtro, y de la Silla Apoſtolica en los Reynos de Eſpaña. Clemente Papa Duodecimo. Venerable Hermano, ſalud, y bendicion Apoſtolica. Aſsi como con el acuerdo de la providencia Pontificia, amor, é inclinacion de nueſtra voluntad propenſa à tu perſona, por las realzadas virtudes, que te hacen ſumamente recomendable, te nombramos, y deſtinamos Nuncio Ordinario nueſtro, y de eſta Santa Silla Apoſtolica à los Reynos de Eſpaña, y demàs de nueſtro muy amado en Chriſto hijo Phelipe, ſu Rey Catholico; aſsi tambien requerimos, y ſolicitamos tu fiel actividad, eficacia, y prudencia, que antes de aora tenemos experimentada en muchas coſas, haciendoos parte en las diferencias yà concordadas entre la miſma Santa Sede,